Matheus defenſiōe mortē ſubiiſſe Matheū apl'um legim⁹: eo q̄ vir ginē quā ſacro velamine xp̄o coſecrauerat: regi irthaco vt matrimonio copularetur ꝯſentire noluit: ſecutuſq; ma giſtrū ſuū qui ait: Bon⁹ paſtor dat animā ſuā ꝑ ouibus

Thomas. ſuis. Thomas ſimilit̄ cantuarienſis archiepiſcop⁹: vt ſue eccl'ie iura defēderet mortē forti animo ſubiuit.

Q̄d nemo impudenter ⁊ ſua virtute confidēs niſi tractus a deo p̄ſumat accedere ad martyrium. Ca. viij.

C Auendū ſup omnia in voluntate martyrij (vt etiā ſupra tetigimus) ne q̄d q̄d noſtrū nō ſit ſed dei: ab illo vſurpātes: nob ipſis appropriare audeamus. Nō em̄ omnium eſt martyrium: ſed illorum tantum qui xp̄i ſpiritu inflammati ad hoc agunt̄. Cognoſcūtq; diſcrete ſe ad tormētoꝝ ⁊ mortis tollerātiā nō niſi a d̄o diſpoſitos eē̄. Perpēdūtq; etiā ſine ip̄o defecturos: atq; dicūt: Quis intrabit in ſanctuariū tuū dn̄e ad ꝯfitēdas potētias tuas: niſi tu apias? Quis aūt apiet ſi tu clauſeris? Ideo ꝯfitebimur tibi in timore tuo: Quia nō in arcu meo ſpabo: ⁊ gladius me⁹ nō ſaluabit me: ſed dulcedo tua ⁊ benedictio tua: ⁊ illumia

Maximus. tio vultus tui. Unde ait Maximus in ſmone martyrum: Charitas hominis nō eſt a ſemetip̄o: ſed ſalubriter donatur a xp̄o: quā xp̄s donauit martyribus ſuis. Ideo ſi quiſ exiſtimat ſe aliq̄d habet̄ ſeu eē cū nihil ſit: ſeip̄m ſeducit.

Cyprianus. Et Cyprianus de dn̄ica oratiōe: Nemo ſuis virib⁹ fortis eſt: ſed de dei indulgētia ⁊ miſericordia tutus eſt. Non ergo p̄ſumptione eleuemur: ne nobis vt Adonie filio Dauid ex agipth cōtigat: q̄ eleuabat̄ dicēs: Ego regnabo: ⁊ fecerat ſibi currū ⁊ equites ⁊ quīquagīta viroſ q̄ ante eū currerēt: de quo nec meruit a patre dauid corripi: ſed Salomone legittime ſubſtituto: regno adonias totalit̄ priua

Petrus. tus eſt. Petrus ſimilit̄ cū int̄ alios apl'os indiſcrete elatus diceret dn̄o: Et ſi omnes ſcādalizati fuerint: ego nū q̄ ſcandalizabor. Illi re euenit quod audire promeruit. Amen dico tibi: anteq; gallus cantet: ter me negab. Nō

ne ⁊ phariſeum ſimiliter damnauit dñs arrogant̄ dicētē: Phariſeus.
Gratias tibi ago dñe ꝙ nõ ſum ſicut ceteri. Juſtificauit=
qꝫ humilē publicanū: qui ⁊ pectus ſuū ꝑcutiēs: ocl'os ad
celū extollere nõ audebat. Quare in hiſtorijs eccleſiaſti=
cis ſcriptū habetur de quibuſdā q̄ cū ſe impudent̄ ⁊ arro
gāter martyrio ingeſſerūt: ob eorū preſūptionē patiētie
gratiā ꝑdiderunt: vt nec primas minas ſufferre poſſent: ⁊
ſic cū fidei ignominia defecerūt. Quis em̄ ignorat ꝙ na=
tura hominuꝫ ex ſe fragilis eſt: concupiſcibilis ac iraſcibi
lis ⁊ in eodem ꝓpoſito non ſubſiſtens: maxime mutabi=
lis. Ideo nullo in tempe de nobis ꝯfidere oportet. Tūc
em̄ maxime vincimur: cū iam nos oppugnari nõ poſſe cre
dimus. Cuius plurima in vitis patrū exēpla habent̄. Un
de ⁊ Lactātius diuinarū inſtitutionū libro tertio ſe vi= Lactātius.
diſſe in bithinia p̄ſidem refert: gaudio mirabilit̄ elatū tā=
qꝫ barbaroꝝ gentem aliquā ſubieciſſet: ꝙ vnus qui ꝑ bi=
enniū magna virtute martyrio reſtiterat: poſtremo cede=
re viſus eſſet. Quod nos nõ niſi ex ſui iam cōfidentia ꝓ=
ueniſſe credimus. Quare Jacob⁹ apl'us ſpiritali nos vo=
ce docens ⁊ admonēs ait: Om̄e datū optimū: ⁊ omne do
nū perfectū deſurſū ⁊ a deo eſt: q̄ eſt pat̄ luminū illumi=
nans omnē hominē venientē in hūc mundū. Nõ ergo no
bis boni quicꝗ̄ arrogare debemus: ſed illō ab omnipotē
ti deo cū timore/ne ꝑ arrogātiā nobis auferat recipiam⁹:
tunc em̄ magnalia omnia perficere poterim⁹. Nec deſpe=
rabimus ꝙ peccatores fuimus: ſed lumine ſuo illuminati
caſto timore incedem⁹: ſequemurqꝫ in hoc martyrij ꝓpo=
ſito ſanctiſſimū chriſti martyr ē Bonifaciū: qui cū p̄muꝫ Bonifacius.
publican⁹ ⁊ peccator eſſet: ⁊ a deo illuminaret̄: timorat⁹
effectus: ſeipſum cognouit: ⁊ poſſe indulgentiā a chriſto
dño ſuo ſuſcipere perpendit. Et vt rem pandam: ſceleſte
ille cū Aglaes vidua nobili romana: cuius rerum ꝓcura= Aglaes.
tor erat contubernium perpetrauerat. Quare conſciētia
ambo commoti: ac peccati magnitudinem cernentes: de=
creuerunt hic penas prout poſſent cōuenientes luere. Cō=

ſilium ergo inter ſe inierunt: vt ad requirendos martyres
Bonifacius mitteretur: ſi quo modo illis ſeruiēs ſaluari
mereretur: nec maius poſſe donuꝫ a xp̄o recipere cogita
bat: q̄ꝫ ꝙ illius nominis cōfeſſione: ⁊ ſanguinis ꝓprij effu
ſione peccata ſua lauaret: hac humilitate ⁊ hoc dei timo-
re martyrum loca vbi cruciabantur queſiuit: ⁊ lōgo itine
re tarſum ciuitatē cilitie perueniens: vbi chriſti martyres
diuerſis torquebantur ſupplicijs: ad illorū ꝓcidēs pedes
illos deoſculabatur ⁊ vulnera: ac clamans dixit: Certate
martyres chriſti: calcate diabolū: modicū ꝑſeuerate: par
uus quidem labor: ſed multa requies: ineffabiliſqꝫ poſt-
moduꝫ leticia. Iſta eñi tormenta que ꝑ diuinitatis amo
re patimini: tꝑalia ſūt: ⁊ quaſi in momēto trāſeūtia: poſt
breuiſſima tēporis ſpacia ad perpetue felicitatis gaudia
vos tranſmittēt. Dic frater queſo: vnde verba hec melli-
flua publicano bonifacio? Quis illa ſibi docuit: niſi timor
dñi ⁊ peccatorū ſuorū conſciētia: ac debilitatis ſue cogni
tio: humiliatioqꝫ ad dñm: que aſpiciens dñs ſpiramē de-
dit illi patientie vt ⁊ martyriū morte etiā ſua ſubire poſ-
ſet? Unde quid maius in iuſtorū laudibus ſcriptū eſt: q̄ꝫ
Judith. ꝙ timebant dñm? Scribitur nāqꝫ de Judith ꝙ erat vidua
in omnibꝰ famoſiſſima: qm̄ timebat deū valde. Ideo ait
Salomon in prouerbijs: Mulier timens deū ipſa lauda-
Tobias. bitur. Et de Tobia ꝙ timorē dñi ſuper omnia docebat fi
lium: dicebat eñi multa bona habemus ſi timuerimꝰ deū.
Joſaphat. Et Joſaphat ſimiliter cū conſtituiſſet iudices in cunctis
ciuitatibus Juda precipiens eis inter alia: ſit timor domi
ni vobiſcū: ⁊ cū diligētia cuncta facite. Nonne int̄ cetera
Job. quibus Job iuſtus ſingulariter cōmēdatur: eſt timor do-
mini? Unde ⁊ ipſe dixit: ſemper quaſi tumentes fluctꝰ
Simeon. ſuꝑ me timui dñm. Et in laudē Simeōis iuſti ſcribit Lu
cas ꝙ erat ⁊ timoratus ſpectans cōſolationem in iſrael.
Ideo in actibus apoſtolorum laudantur illi qui ſepelie-
runt Stephanum lapidatum a iudeis quoniam erāt viri
timorati. Et poſt conuerſionē Pauli in eodē libro ad il-

lius laudem ſcribitur: Ecce edificabatur ambulans in ti=
more domini ꝛ conſolatione ſpiritusſancti replebatur. Si
milit̄ ꝛ in hoc laudatus eſt Cornelius: vt eodē volumīe
ſcribitur: Uir autē quidā erat in Ceſaria nomine Corne= Cornelius.
lius Centurio coortis que dicitur italice: religioſus ꝛ ti=
mens dn̄m cuꝫ omni familia ſua. Et ſic ꝑ oppoſitū defect⁹
timoris domini: cauſa eſt caſus ꝛ peccati. Scriptū eſt eñ
in Geneſi. Dixit Abraam ad Abimalech: Cogitaui me= Abraam.
cum dicens: forſitan non eſt timor dei in loco iſto: ꝛ inſſi=
cient me. Cum omni ergo dei timore hanc tantā rem mar
tyrij nobiſcū tractemus: dicamuſqꝫ ad Jeſum domnium
noſtrum: Cōfitebor tibi in timore tuo domīe: dirigam⁹=
qꝫ concitatiōes animi noſtri ad rectū: vt ſint iūcto currui
ſimiles: in quo recte moderando impleuit ſuum rector of
ficium: nec qualibet concite ierit offendet. Si autē aber=
rauerit licet placide ac leuiter: per fragoſa veſſabitur: et
vel in precipitia labetur: vel certe quo non eſt op⁹ defe=
retur. Omneꝫ ergo animi arrogantiā eradicem⁹ a nobis.
Auxilium a Jeſu chriſto ſolo expetamus: cui⁹ fidei teſti=
monium depoſituri ſumus. Quoniā tu dn̄e de⁹ virtus es
ſalutis mee: ſperabam aliquando in virtute mea: que ta=
men non erat virtus: ꝛ cū ſic volui currere: vbi magis ſta=
re credebam ibi magis cecidi: factuſqꝫ ſum magis retro et
non ante: ꝛ quod credebā conſequi: longius elongauit a
me. Non ergo glorietur ante te ſtulta preſumptio omnis
carnis: ſed miſeri mei. Adiuua me: dirige greſſos meos:
vt nomen tuum in medio infidelium confiteri poſſim: da
fortitudinem animi: vt que illi timent: excelſa ꝛ inſupera
bili mente dolorem mortemqꝫ calcare poſſim.

De Gradibus martyrij. Ca. ix.

GRadus martyrij ex diuerſis martyrum diſ=
poſitiōib⁹ egregijſqꝫ illorū geſtis cōnumera
re poſſum⁹. Ut p̄mū martyrij gradū illoruꝫ